

TABULA XII.

DE NECESSARIO.

Cum ex causarum habitudine maximâ ex parte judicandum sit, an aliquid sit necessarium vel contingens, ideo post doctrinam de quatuor causarum generibus agendum de Necessario & Contingenti. (α.) Necessarium in genere est, quod aliter se habere nequit. Et est

	<p>COMPLEXUM, ut integra propositio, quatenus ita est vera, ut falsa esse nequeat; sive ut rectius dicam, id, quod tali propositione significatur, ut quantitatem esse divisibilem, DEum esse increatum.</p>	
1. vel	<p>INCOMPLEXUM, quale est ens, (β.) quod ita est, ut non possit non esse, ut DEUS. Quod tamē, penitus si rem inspicias, etiam ad necessarium complexum recidere videtur. Dicitur enim DEUS Ens necessarium per hoc, quod necessarium est, DEum esse sive existere. Sed hoc, DEum esse sive existere, æquè in complexis est, ac si aliud quidvis de DEO enuncies.</p>	SIMPPLICITER , quod per nullam omnino causam non esse sive aliter se habere potest: ut, hominem esse animâ rationali præditum, DEum non mentiri, itemque Deum esse sive existere. (γ)
2. vel	<p>SECUNDUM QUID, quod per causas naturales aliter se habere nequit; cum autem à DEO dependeat, per illius saltim potentiam non esse vel mutari potest. Ut, ignem urere admotas stipulas; hominem nasci non nisi ex congressu maris & foeminæ; solem perpetuè & indefatigato cursu cum reliquis sideribus moveri. Nihil enim horum per natum sive per causas naturales aliter se habere potest. Posse autem per absolutam DEI potentiam singula mutari, exempla sacris literis prodita testantur.</p>	NECESSARIUM A SE IPSO , quod nullam necessitatis suæ habet causam, ut primum & universalissimum principium: Impossibile est idem simul esse & non esse: & ex incomplexis DEUS; (δ.) nisi ad complexum quoque reducas, quod est, DEUM esse sive existere.
3. Aliud est vel	<p>NECESSARIUM PER CAUSAM, est, quod causam suæ necessitatis habet: etiamque vel</p>	<p>MATERIAM; sicut laterna necessariò transmittit lumen, quia ex vitro vel cornu constat, quod corpus diaphanicum est; & animalia necessum est corruptioni obnoxia esse, quoniam ex elementis composita sunt. (ε.)</p>
	<p>internam</p>	<p>FORMAM sibi inhærentem; ut homo necessariò est rationis particeps, quia forma ipsius est anima rationalis.</p>
	<p>externam</p>	<p>καὶ φύσις καὶ τὸν ὄργανον, secundum naturum (sive inclinationem) & appetitum subjecti aut patientis. Sicut lapis reselecto fune, quō sublimis in aëre pendebat, necessariò ex naturali ad quietem in terrâ occupandam inclinatione decidit. Latius hæc necessitatis ratio extenditur, si quædam necessariò fieri dicas, non repugnante subjecto, sive inclinationi ipsius respondeant, sive minus. Quomodo sole ad nostrum hæmisphærium redeunte, necessum est aërem illuminari & diescere. Neque enim aëri repugnat illuminatio, licet non ita secundum inclinationem ipsa conveniat, sicuti lapidi quies in terra.</p>
	<p>efficiens, quod scilicet posita causa talis efficiens non potest non fieri (ζ.) ubi necessitas alia est</p>	<p>Biaya οὐ τὸν ὄργανον, violenta, quæ est preter aut contra subjecti appetitum. Sicut autem appetitus in rebus inanimatis, aut cognoscendi vi destitutus est naturalis inclinatio, in aliis secundum præviam cognitionem elicetur, ut in hominibus electio, in bestiis spontanea quælibet appetitio: ita etiam necessarium per vim aut violentiam dicitur, tum quod fit contra inclinationem subjecti naturalem, ut si lapis projectus sursum feratur; tum, quod fit contra appetitum elicium, diciturque coactio, ut si canis esuriens verberibus ab offa proposita arceatur, aut homo sceleratus vi in carcерem rapiatur.</p>

B

G 3

finalis,